

Johann Fecht

**Rector Universitatis Rostochiensis Joannes Fechtius, SS. Theol. D.
Eiusdemq[ue] Prof P. & Districtus Rostochiensis Superintendens, Ad Exequias,
Quas Foeminae omnibus virtutum ornamenti Nobilissimae Annae Meieriae,
Maritus moestissimus, Vir Nobilissimus & Amplissimus, Dn. Eberhardus von
Bergk/ I.U. Doctor & in inclyta hac Urbe Practicus celeberrimus & consultissimus,
parat, cohonestandas Omnes omnium ordinum Cives Academicos officiose &
amanter invitat**

Rostochii: Wepplingius, 1691

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770474705>

Druck Freier  Zugang



F e c h t , J . ,

i n

A. M e j e r .

L i x o r B . v . B u n g k

R o s t o c k , 1 6 9 1 .

54



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn770474705/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770474705/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn770474705/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770474705/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn770474705/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770474705/phys_0004)

DFG

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

JOANNES FECHTIUS,



Ejusdemq; PROF P. & Districtus
Rostochiensis Superintendens,
AD EXEQVIAS,

Qua

MINI *nibus virtutum ornamenti* *NOBILISSIMÆ*

ANNÆ MEJERIÆ,

Maritus mœstissimus.

VIR NOBILISSIMUS & AMPLISSIMUS,

DN. EBERHARDUS

von BERGST

J.U.Doctor & in inclytâ hac Urbe Practicus

celeberrimus & consultissimus,

parat, cohonestadas

Omnis omnium ordinum Cives Academicos officiose
amanter invitat.



Rostochii, Typis JOH. WEPPLINGII, Univers.-Typogr.





Vum ii, qui in hac vi-
ta intimâ nobis familiaritate con-
juncti ipsi met quasi oculis nostris
nobis chariores fuerunt & à qui-
bus nonnisi ægerrimè atque cum
naturæ nostræ quodam horrore
avellimur, ex complexu nostro &
quotidiano contubernio, Divino
disponente fato, eripiuntur, sola-
tii non exigui partem interpreta-
muri, si menti nostræ, persuasi,
sacrarum Scripturarum oraculis id edoceri, repræsentemus: eos
nunc in cœlesti palatio degere, liberatos ab omni miseriâ,
frui Divinæ majestatis conspectu, nulli amplius ex ullo crimi-
ne maculæ obnoxios, denique summo Numini, tanquam
interiores ejus amicos, mortalium necessitates & desideria
supplici prece commendare. Nonnulli existimant, neque à
pietate alienum, neque adversum sanctissimarum Literarum
dictatis esse, si, qui è necessitudine nostrâ decadunt, si à pa-
rentibus liberi, à maritis uxores, ab amicis abstrahantur amici,
eos credant superstitione facere apud DEum speciatim men-
tionem, eorumque, quantum in se est, orando supplicando
que gerere curam. *Gregorius Nazianzi* seculo quarto Episcopus,
vir eruditione maximus & longè magis pietate, qvi ob emi-
nentem reverentiam, ut refert *Socrates*, cum passim eo tem-
pore veræ & catholicae doctrinæ professores pellentur in exi-
lium, pulsus nunquam est, cum prætente *Basilio*, illo, qui
magni cognomentum meruit, Patri suo panegyricum dice-
ret, inter alia leniendi doloris fomenta non obliviscitur in-
tercessionis pro Ecclesiâ, quam per quinque & quadraginta
annos rexerat, morte suâ, quæ ei centenario obtigit, non
finitæ, sed auctæ potius & roboretæ. Verba, quæ post prin-
cipium illicò comparent, hæc sunt. *Deinde nobis persuade,*
quod ne nunc quidem Passor ille bonus nos dereliquerit, qui animam
suam posuit pro ovibus suis, sed quod super sic Opascat ac dirigat
pro

proprias & propriis cognoscatur; corporaliter quidem nequaquam
comparent, spiritualiter verò nobiscum conversans, contra lupos
pro grege depugnans & nemini permittens, ut caulam furtivè aus
dolose transgrediatur ac voce peregrinâ animas bēnè constitutas
seducat ac decipiat. Et ut ego mibi persuadeo, NUNC MAGIS
PROFICIT PRECIBUS, quam antea doctrinâ. Quanto enim
plus DEO est propinquior, postquam vincula deposita corporalia &
materiâ, qua mentem iurbabat, est liberatus, nudus cum nudo
conversans, nempe cum mente primâ ac purissimâ, tantô magis or
dine angelico & fiduciâ cœlesti, nisi hoc nimis audacter dictum sit,
efficiens est dignus. Cum de particulari istâ animarum à DEO
receptarum pro suis, quos in hoc mundo reliquerant, in
intercessione, nihil diserte aut expressis verbis dicere videan
tur sacræ Literæ, modestiam in affirmando Theologo dignam
adhibet: misericordia j̄ inquit, eisdem persuaderet: pauloque
post, si quid confidentius afferuerit, quasi deprecatur:
δι μη τηνεστ τὸν ιεραῖν, inquit, nisi forte id assertare fuerit
semerarium. Causam tamen credulitatis suæ perquam vero
similem adfert, quia per mortem suam vicinior sit reddi
tus Deo atq; cum eo, præsens cum præsenti, liberimè amicissi
mèq; conversetur: nec verò in beato illo statu vel Christianam
erga cætum suum charitatem, vel curam, quæ amoris illius
pars est, videatur deposuisse. Exprimam, quâ fieri potest,
sensum, à sancto patre sub verborum suorum momentis com
prehensionis. Cum defunctorum animæ excessu suo non red
dantur infeliores, sed, quo magis à materiæ onore & profe
ctis hinc impedimentis solvuntur, eo majorem adipiscantur per
fectionem, verosimile est Gregorio, eas haustâ in hac vîta rerum no
ticiam in glorioso illo regno adeò non amittere, ut perficiant po
tius & adaugeant incrementis. Cur enim variam illam, quam
multis hic experimentis sibi acquisivere, scientiam in alte
ram illam vitam non transferant? Cur eos rerum omnium
confestim subeat oblivio, haud aliter ac si ex Lethæo amne, quæ
gentilis superstitionis fabula est, bibissent? Si verò Ecclesiæ præ
sil, qui casus gregem suum, à quo recenter abstractus, cœlo
qve

que insertus est, vel commoveant, vel adfligant; si conjugum alteruter, quibus cum ærumnis atq; miseriis vel conjux hic relictus, vel liberi, quos instar propriæ animæ tenerrimè diligimus, collectentur, quam primum beati illius regni incolæ facti sunt, sciverint, qui naturam suam tam subitè exuere, qui deponere ~~supponere~~ illam, tam tenaciter animæ nostræ fibris infixam, atq; adeò, ut ita dicas, ~~atq; ut~~ fieri possint, ut non recordentur amplius suorum, ut eorundem abjiciant curam, ut eosdem non ament, neq; salutem eorum, faltem voto quopiam, promoveant? Edocemur ipsius veritatis testimonio, fieri non posse, ~~ne~~ obliviscatur mater filii sui, & credibile sit, eandem, mortis violentiâ à suavissimis infantibus avulsam, eorum illicè expellere ex mente memoriam & ejurare curam? Aut homines esse desierint, qui moriuntur, aut retineant ea, quæ homini propria sunt, quæq; ab homine, nisi per superiorem & violentam potentiam, de quâ tamen nullo nobis Scripturæ documento constat, separari nequeunt. Hæc jam Gregorius ex eo amplius confirmat, quod, qui in æternas illas concedunt sedes, beatarum animarum & sanctissimorum angelorum & supremi deniq; Numinis quotidiano & conjunctissimo consortio fruantur. Iam quis Gregorio arbitrante dubitaret credere, animas, immortali gloriâ fruentes, ab animabus aliis, ex eodem loco cè delatis, ipsisq; nonnunquam sanguinis vinculo conjunctis, recentiorem rerum in hoc mundo actarum impetrare notitiam? Si defunctâ hodie uxore tertio post mense decebat vel filius vel frater meus, num immixtus conjugis, aliorumq; è necessitudine mèa societati, nihil de me superstite, nihil de aliis, quos penitissimo affectu complexus fuit, enarrabit? Nihil de me, nihil de liberis suis uxor ex eo, mater ex filio, percontabitur? Sime familiamque meam gravis premat & prope supprimat calamitas, anne filius meus amoris, immutabili Divina legis decreto mihi debiri, oblitus, pro me Deum haut deprecabitur? Nec conjugem meam, quæ Christianam charitatem in gloriâ non deposituit, ad simile officium inflammabit? Eo cumpri, mis loco obeundum, ubi & affectus vehementia flagrantius ardet.

det, & preces ab omni imperfectionis labo sunt imminutes &
ideo Deus longe quam ad mortalium desideria exaudienda pro-
clivior? Qvod si animæ ipsæ officiosæ esse & isthunc in mo-
dum vel interrogare invicem vel referre omitterent, ab an-
gelis, in hanc terram euntibus & remeantibus in cœlum,
atque ad thronum Divinum fidelium necessitates perferentib-
us, non improbabile Gregorio est, beatos nonnunquam in-
formari. Qvorum perpetuæ Dei visioni & incessanti ejusdem
laudationi & nunquam interruptæ beatitudini, si nihil derra-
hitur, qvod Deo jubente res hominum, quibus sepius ipsi int-
tersunt, curant, cumq; DEO & beatis de actionibus in hoc
mundo humanis frequenter colloquuntur, quomodo id ob sit
beatibus ipsi, qui ἵστηται, id est, ministratoriis illis spiritibus
prorsus similes futuri sunt? Qvin immò à Deo ipso, cui in gloriâ
propinqui sunt, cum quo nudæ cum nudo, quæ verba Patris sunt,
convertantur, noscere in familiari colloquio res hujus orbis pos-
se animas, quantum scire ipsis interest, persuasus fuit Gregoriu.
Id enim quamquam in Scripturâ totidem verbis non legatur,
quia tamen statui ipsarum, in amicâ cum Deo, cum angelis,
cum beatis conversatione consistenti, videatur consentaneum,
negari ideo non debere; cum ejusdem veritatis sit sententia, di-
cente Origene, quam in sacris scripturis inveneris, vel quam ex con-
sequenie ipsius in agine ac recti tenore inde receperis. Compre-
hendi itaq; non posse, quomodo sancti retinere in gloriâ
charitatem, ut promiscue in omnes, ita præcipue in consanguineos & tamē nec preces cum ipsis sociare, nec eorum ullâ, quan-
tumvis ab omni miseriâ vacuâ, qualis & angelorum & Numi-
nis ipsis est, sollicitudine tangi debeant? Proposui hactenus
sancti Nazianzeni, non nisi sub verisimilitudinis æstimatione, de
particulari sanctorum, cœlis receptorum, pro suis intercessio-
ne, proditam opinionem. Enim verò neque primus ille fuisse in-
ter antiquos, neque postremus, videtur, qui blandulâ hac sen-
tentia emollire mortis acerbitatem conatus est. Seculo tertio
Cyprianus, martyrii gloriâ insignis, epistolâ ad Cornelium, Fra-
trem, quæ inter Pamelianas prima, in recentiori editione ses-
xagesima.

Xagesima est : Memores, inquit, nostri invicem finis, contor-
des atque unanimes, utrobique pro nobis semper oremus, pressuram &
angustias mutua charitate relevemus. Et quia isthinc nostrum prior
Divina dignationis celeritate proefferit, perseveret apud Dominum
nostra dilectio pro fratribus & sororibus nostris, apud misericordiam
Patri non cesset oratio. Visus fuit Cyprianus viro cuidam è no-
stris doctissimo idem omnino, quod Gregorius, de demortuo-
rum deprecationibus affirmare. Verum Johannes nuper Oxo-
niensis, considerato rectius Cypriani textu, de vivorum & su-
perstitum potius martyrum quam de demortuorum orationi-
bus loqui pronunciavit. Itaque sensum verborum dilucidius ita
expressit: alterutro ex nobis obeunte, sive ego, qui Carthagini pre-
sum, sive tu, qui Romæ presides, superstes fueris, ejus, cui in vita
diutius esse contigerit, pro utramque Ecclesiâ perseveret & superstiti apud
Deum oratio. Eodem tamen, quo Gregorius vixit, seculo Euse-
bius Cæsariensis libro de martyribus Palæstinæ de Theodosiâ
Virgine, ex versione Henrici Valesij: fidelis gravissim in primis
puella, nondum octodecim annos nata, ad vindictas quosdam accessit,
qui regnum Dei libere confidentes ante pratorium sedebant; cum
ut eos salutaret, cum, ut quod credibile est, eisdem rogaret, ut cum
ad Deum pervenissent, sui memores esse vellent. Cum hujus moris
tanquam usitati meminerit, opinionem isthanc jam ab aliquo
tempore invaluisse, à fide alienum non est. Unde & in
Passione Fructuosi, Episcopi, qui sub Gallieno martyri-
um pertulit, legitur: cum se exalceasset, accessit ad eum
commilito, frater noster, nomine Felix, apprehendisque dextram ejus,
recognoscens eum & deprecans, ut sui memor esset. Succedenti
vero tempore, quo martyrum veneratio in immensum crevit,
non particularis tantum unius alteriusque rei, quibus limitibus,
& timidè quidem, suam opinionem circumscriptit
Gregorius, sed omnium, quæ geruntur sub sole, rerum noti-
tiam superstitionis Christianorum pietas sanctis defunctis ad-
scripsit. Unde & compellati primò in omni necessitate insi-
nitis in locis, & dein quasi quædam auxiliatrixia Numinia in-
vocati, denique cultu religioso adorati. Augustinus tamen
secu-

seculo quinto Gregorii vestigiis libri de cura pro mortuis quia-
to decimo capite ita presse insitit, ut opinionem istam ubi-
tioribus argumentis & illustret & confirmet. Quippe aik-
sanctos, beatà DEI visione gaudentes, ob locorum distanti-
am, ordinariè & ex se nihil prorsus cognoscere rerum huma-
narum, Scripturā dicente: Abraham nescit nos & Israelignos
nos. Sed ideo non subtrahi eis notitiam, extrinsecus ag-
cedentem, quanquam certis limitibus coercitam. Juvat
audire ipsa Augustissimi scriptoris verba, jucunda pariter atq;
erudita. Fatendum est, ait, nescire quidem mortuos quid hic aga-
sur, possea vero audire ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt.
Non quidem omnia, sed quae sinuntur indicare, qui sinuntur etiam
ista meminisse & qua illos, quibus hoc indicant, oportet audire.
(Cujus rei in antecedentibus argumentum divitis epulonis ex-
emplum esse voluit, quia Lazaro resciverat, epuloni in illâ
vitâ bene, Lazaro male fuisse, in eodemque cum epulone lu-
to ejusdem fratres herere:) Possunt & ab angelis, qui rebus,
qua aguntur hic, prece sunt, audire aliquid mortui, quod unum-
quemque illorum audire debere judicat, cuiusnulla subjecta sunt.
Nisi enim essent angeli, qui possent interesse & vivorum & mortua-
rum locis, non dixisset Dominus Dens: contingit autem mors ina-
pem illum & ferri in sinum Abraha. Nunc ergo hic, nunc ibi esse
potuerunt, qui biuncilluc, quem Deus voluit, absulerunt. Possunt
etiam spiritus mortuorum aliqua, qua hic aguntur, qua necessarium
est eos nosse, & qua necessarium non est eos non nosse, non solam
præ via vel presencia, verum etiam futura, Spiritu DEi revelante,
cognoscere, sicut non omnes homines, sed prophetæ, dum hic viverent,
cognoscebant, nec ipsi omnia, sed quæ illis esse revelanda DEi pro-
videntia judicabant. Pulcrè equidem; quamquam & Augustinus
Gregorii exemplo hanc suam meditationem non vendit
pro doctrinâ Ecclesiæ, sed pro opinione privatâ: ut volet,
ait, accipiat quicunque, quod dico. Sunt in Romanâ ecclesiâ, qui si
hæc vel sententia vel conjectura concedatur, immotâ se-
quelâ vel adorationem sanctorum, vel certè compellationem
corundem concludi proclamat. Conatu equidem inani,
finon.

si non stolido. Quod enim istud est consequentia idolum; Sancti in cœlis ab aliis vel sanctis vel angelis aliquando intelligunt, quid à vivis agatur in terris; erga a vivis sunt vel adorandi vel invocandi? Quis ferat ita argumentantem: Thomas Cajetanus dum Augustæ Vindelicorum versabatur, partim per epistolas, Româ ad ipsum missas, partim per homines, Româ Augustam proficiscentes, cognovit, quid rerum Leo X. Romæ gereret. Ergo à Leone X. vel adorari debuit, vel invocari. Titius Lipsiæ bonis literis navans operam, per amicos Rostochio subinde Lipsiam venientes, perque nuncios publicos resciscit, quid Sempronius Rostochii agat, quibus pretetur fatis, quâ cum paupertate luctetur. Ergo Titius à Sempronio, quasi prælens à præsente, compellari rogarique ore & conceptis precibus debet, ut causam suam apud Senatum promoteat, succurratque ipsius necessitatî. Ut cumque verò vanæ istius consecutionis prodigium illam *Gregorii & Augustini* opinionem nullo modo labefactet, dispiciendum tamen serio est, ne opiniones, non sufficienti fundamento nixas, in argumento præcipue eirea mortuorum statim, in doctrinas Ecclesiæ, sub necessitate quapiam credendas, quibus adversarii facile queant abuti, convertamus, cum affectus circa mortuos, quos dileximus atque coluimus, excessu plerumque laboret, nec quiescat facile, quin ea fuerit molitus, quæ & Numinis ipsius honori adferant detrimentum. Si, qui ex ædibus nostris, ex complexi, ex brachiis, in coeleste illud regnum, nobis invitî & exquisito dolore confectis, abierunt, quid piam nostrarum sciunt rerum si aliqua superest in eis orandi pro nobis cura, hoc nos in obitu nostrorum erigamus solatio, quod moriantur quidem mundo, ne eorum amplius fruamur operâ, vivant autem Deo, ut majora ab eo nobis impetrant beneficia. De filio suo, immatura morte abrepto, præclarè de sacris, imprimis antiquitatis, studiis meritus Theologus: Mortis memoriam tantum abest ut fugerit, ut eodem potius die, quo decepit, matri, (me in terra in templo sacris operante) stipulata manu promiserit, se in celo pro parentibus, forgeribus, cognati & amici Deum assiduè deprecaturum. Nec dubito, promissæ

b. 1. 1. 1.

Singuibiles, præcordiorum anxietates, insignis mammarum;
cum doloribus intensissimis conjuncta, intumescensia, arteri-
arum pulsus frequens & interruptus, nec vocum tendinumque
mosus tremulans & convulsus, perpetue vigilie insecuraque
deliria &c. optimam adhibitam sternentia medicinam, in dies
eas magis magisque labefactarunt; donec tandem sepeimo à
partu die, ipsa Epilepsia, cum contracturis & motibus convulsivis
variorum membrorum, de xtri præprimis lateris, paucissimos
adibuc superstites in vocum prosternere vires, mortemque
ipsam accelerare. Plenariè enim hoc morbose certamine
enervata, èdem luce, circa horam duodecimam meridia-
nam, inter astantium preces, placidissime occubuit, mun-
danaque molestias cum beatitudine sempiterna commutavit.
Sic itaque præmaturo tibi fato, Nobilissime BERGKI, in ip-
so juventæ flore materia perit solidi, quod animo tuo præ-
peras, delectamenti. Quæ in longum durare, Teque ipsum
& alios plurimos vitâ anteire debebat, subito ad finem mor-
talitatis accessit; hoc ipso, quæ sanctioris Spiritus loquela est,
perfecta redditæ, cum aliis per longas ambages ad hoc fastigium
contendant. Quod felicitati potius quam miseria deputandum
est. Tum vero lugendi Tibi vera extitisset causa, si, quam ami-
fisti, vitiorum probrorumque maculis bonorum honesto-
rumque judicio notari, passim audivisses. Nam & hoc ærum-
nosæ infelicitatis genus probos nonnunquam & laudatos ve-
xat viros. At quantum doloris Tui lenimentum est, si
recorderis apud Temetipsum, si ab aliis audias, hanc, quæ nunc in-
clausa capulo inter homine esse desit, cuius tenebris oſcon-
dendum sepulcro corpus æternum ex urbis hujus conspectu
abibit, ab infantia sua foeminam fuisse, bona indole, probis
moribus, DEO hominibusque caram? Quæ dum ad
omnem honesti cultum à Parentibus, quiq[ue] & curâ & amo-
re postea parentum loco fuerunt, quâ disciplinâ, quâ
exemplo informata fuit, in id incubuit maximè, ut in ar-
ripiendis & exequendis iis, quæ pulcra, egregiaque præcipi-
ebantur

ebantur, non summè tantum industria esset sed & religiosa... Majores verò nacta annos in summo precio habuit, imbui artibus, quibus excoli ornarique puerarum solent ingenia, juxta verò ex toto pectore revereri Deum, demereri officiis proximum, studere pudicitiae & omnem mouere lapidem, ut non culpā tantum vacaret, sed & suspicione.. Talem Te duxisse vitæ sociam, jucunda utique Tibi, non molesta debet esse memoria.. Jam quanta ista beatitudo est, eam, factam Tibi conjugem, hac in ætate, & quasi adolescentiâ, quæ non dum vicesimum attigit annum, raris singularibusq; veræ infucatæque pietatis erga DEum, liberalissimæ beneficentiae & officiis erga concives, modestissimi obsequii erga maritum, comitatis humanitatisque erga omnes, laude inclaruisse & obtinuisse intra tantillum temporis spatiū præclarissimarum virtutum præmium, tanquam vita bene laudabiliterque actæ nunquam interitum monumentum. Cujus & aliud tibi reliquit testimonium, infantem lepidissimum pulcerumque, qui ad quoscunque pervenerit annos, (Faxit autem DEus, ut ad plurimos!) vivus Tibi perpetuò præco erit adeptæ ab uxore tuâ illius salutis, de quâ scis scribere Paulum: *salva erit mulier per generationem liberorum, si manferit in fide ac dilectione & sanctificatione cum castitate.* Quo iplo æquiore animo feres fatum Tuum, neq; desiderabis, quam certuses, non extinctam esse, sed per Christum, cui immorâ, vivâq; per pulcerrima opera, fiduciâ innixa est, cum moreretur, ad meliorem vitam renatam. Hanc si vel perfunctorio tantum oculo possemus introspicere, quam illius & amplitudinem incredibilem & majestatem inestimabilem & favitatem, nunquam satis admirandam, nunquam satis expetendam, putas nos comprehensuros esse? Ex qvâ si suspiriis & lacrymis & desideriis Tuis retrahere illam in hanc terram, quasi in qvoddam ærumnarum & miseriariū theatrum, coneris, quam illa reluctabitur toris viribus? Qvam amorem Tuum conversum esse in odium livoremq; conqueretur? Ad hanc celestium gaudiorum ineffabilem ubertatem si & ipse arden-

gravissimus, deinde severissimorum Ducum Megapolensium,
DN. CAROLI, & DN. ADOLPHI FRIDERICI, Con-
siliarius intime admissionis; Proavia. ANNA Schmiter-
lawen / patricie gentis apud Stralsundenses laudatissima
feminae. Avum maternum laudat beata nostra Virum.
Nobilissimum & Amplissimum, DN. JOACHIMUM PANSAU,
Senatorem quondam Stralsundi primum & benemerentissimum.
Avia materna adhuc superstes (quam Deus diutissime serda-
re velit) est Nobilissima matrona, DOROTHEA, e cele-
berrimâ apud Stralsundenses Michelsen / familia oriundâ,
sui Deus solatio sit. Vix enim duorum mensum spatum elas-
psum est, quo & ipsa dulcem ex filiâ Nepocem, maxime spei
juvenem, JOACHIMUM HENRICUM MEJER, pie
defuncta mea conjugis fratrem unicum, non sine insigni do-
lore amisit. Proavus Maternus exsticte, Vir Amplissimus,
Nobilissimusq; DN. JOHAN Pansau/ Senator & Camera-
rius Stralsundensis primarius. Proavia materna, MAR-
GARETHA Dammen/ que & ipsa ex vetusta & clarissi-
mâ gente originem traxit. Plures vencenjere tantarum fami-
iliarum Majores, nunc merito supersedeo, ne quod virtu-
tis prezzo, modestia, easilitas, pietatis, pie defuncte debe-
tur, aliunde videamur deridere velle. Quam primum
lucem hujus mundi beatissima mea adspexit, fonte baptismi
aspersa & nomen ANNÆ adepta est. Sic Christiana facta,
simul per vite tempus, (quamvis hoc, prob dolor, nimis bre-
ve fuit) cruciana facta est. Vix enim quintum annum e-
gressa se parente optimo orbatam vidi, quem anno post ma-
ter secuta est. Inde tamen non honestâ tantorum Majorum
virtutibus conformi educatione privata fuit. Mox enim ad-
sticte & parentum vices plene & egregie supplavit avia Ma-
terna optima, nihil ad bene & virtutibus ornandam nostram
rel-

reliquum faciens. Cum vero ipsa per etatem nunc ingra-
scientem reliqua, que adultior aetas requirit, superaddere
non posset, hic Rosochium nostra venit & à Viro Magnifico
ac Excellentissimo DN. MATTHÆO Liebherit / Jcto,
Magnorum Principum Consiliario & bujus Reipubl. Consule
Seniore, ejusq; conjuge, matrona nobilissima, pięq; defuncte
materera, bend excepta & ad continuandum virtutis cur-
sum admonita est. Quem cum strenue ac felicissime mea de-
sideratissima perfecisset, motus ego ejus pietate, modestia, ea-
stitate, ac reliquis ei innatis & maximè conspicuis virtutibus,
illam vix annum decimum septimum adimplentem, tori soci-
am desideravi ac consecutus sum, Anno 1689. Mense Mayo. Sed
bocce meum conjugium, prob dolor, nimis breve fuit. Dum enim
ante octiduum me parentem filie jucundissima fecit, ipsa in
primo partu præter omnem spem exstincta est, sicq; dum alii
vitam dedit, hanc cum eternā commutavit. Quales ego jam
ex bocce prematuro obitu mea dulcissima ac optima conjugis
sentiam dolores, DEO soli, cordium scrutatori, votum est. An-
gustia interim cordis, imo ipse lacryma, plura scribere
probibent, meq; hic subsistere cogunt. Nec ignorare nos de-
bet morbi, qui se parturientis pariter morientisq; corpori
insuperabilis malitiā insinuavit, initia & progressus. De-
quo Nobilissimum, Celeberrimumque Medicum, DN.
BARNSTORFIUM, quam nosipso præstat audire.
Ad morbum, inquit, quod attinet, Acutissima fuit Febris ;
que altero post partum die accedens, tenerum alias pie de-
functa Nostre corpus, ex doloribus acerbissimis partum ipsum
concomitantibus, & per tres integros etiam dies illum ante-
cedentibus, maxime pere debilitatum, tanta cum vehementia
invaserit ; ne me quicquam virium recolligere poteris. De no-
vo enim advenientia symptomata varia, assū scil. & sīris irre-
singuibilis

promissi eum iam stare & nos superficies intercessione tam thare and-
ma, in virtute meriti Christi, unici mediatoris nostri, (per quem
solus & ejus & nostra preces DEO sunt accepta) frui non minus, ac si
inter nos viveret. Addit consuetam veteribus modestiae no-
tam: ita equidem spero; cui alia mens est, sensu suo abundet. Si
vero nulla planè sanctis in cœlo animabus est rerum terrena-
rum, nec ex aliorum quidem narratione, notitia, si nec ullo
misericordiarum nostrarum sensu tanguntur, non idèo persualio no-
stra erroris, qui ad infernum præcipitet, qv[is] salutem excludat,
damnanda erit. Qvicq[ue]d enim pro consolatione nostra ab
amicis, in ætherias hinc sedes migraturis, vel petimus vel spera-
mus, qvicq[ue]d ipsis, inter coelites receptis, pro nobis nostrisq[ue]
precum adscribimus, id ab animo proficicitur, in Dei unice
voluntatem directo, ut si id verbo revelato repugnet, si bea-
titudini coelestis status adversetur, id nec dictum velimus un-
quam, nec petitum. Si placuerit Divinæ bonitati, ut liberatæ
à corpore animæ & à curâ simul omni & omni rerum molestia-
rum tristiumq[ue] scientiâ sint liberæ, gratulemusr ipsis hanc col-
latam in eos à Deo felicitatem, neq[ue] desideremus, eas ulla nostri
causa curis amplius involvi si verò volente, qv[is] velie id utiq[ue]
potest, DEO, rerum adhuc humanarum curis immixtae preces
suasum nostris conjungunt, cogitemus, rationem nullam es-
se, cur id desiderare non ipsæ debeant, cum coelestis gaudii
magnitudinem augeat, si bene cum Ecclesia, cum Rep. cum
necessitudine suâ agi, etiam adminiculantibus ipsis ummet
supplicationibus, intelligent, nec perfectionem felicitatis immi-
nuat, si sinistrallis qvidpiam accidere aadunt, nisi forte & Dei
ipsius atq[ue] Servatoris nostri beatitudini detrahant, qvod calamita-
tes fratrum suorum exactissime cognoscit, aut angelorum pro-
speritati obsit, qvod adversitatibus piorum ipsimet intersunt, aut
Abraham dolorem attulerit, qvod epulonem, citra dubium ex
postestate suâ nepotem, in æterne misericordiam conspexerit.
Præfari hæc volui, dum indicendum mihi funus est, si qvod
quam, perfunestrum certe & acerbum; eujus luctus cum nullo
facile solatio possit levari, qvid mirum est, conlernatum do-
lore

lortanum ad vocare subsidia, quicunq; adversis per fugium
præbere vel qualemq; possint? Luctuosum est, amittere uxori
rem, qvæ te impensè amaverit, qvæ sollicitè soverit, qvam ut
tuummet pectus dilexeris, cuius virtutes unicè estimaveris.
Lacrymabile est, spoliari conjugi, cuius savitatem, ceu in-
estimabiles delicias, vix gustaveris, àquā vi quadam abstraharis,
priusquam in honestas, quas speraveras, voluptates te immiseris.
Neq; derogare dolori, sed vires eidem addere videtur, si ver-
setur, quasi memorie quoddam monumentum, ante oculos
delibati quondam amoris pignus, cuius intuitu boni amissi quo-
vis momento recordemur, quodq; acerbum animi nostri cru-
ciatum quotidie quasi refricet & recentem reddat. Crudeli-
fit pectore, quin BERGKII nostri fatis ingemiscat, quin dolori
addat Christianum, justumq; dolorem! Nos verò quod unicè
possimus, extremo Foeminæ estimatiissimæ honori, vitæ, bre-
viter quidem, sed non sine summâ laude gestæ, cippum eri-
gamus; nec id nostris, verum Amplissimi mariti, quam
quam inter immensi doloris, animum pariter, manum
que & calamum turbantis, confusiones profusis verbis.
Nata illa mea dulcissima nunc desideratissima conjux est,
Anno O. R. M D C L X X I I . d. XIX. Mensis Martii, Stralsundi,
Patre Viro Nobilissimo & Amplissimo, DN. THEODORO
MEJERN: Patricio & Senatore ibidem primario. Ma-
tre fæmina Nobilissima ac Virtuosissima, MARGARETA
PANSWEN. Avus paternus exstitit Vir Magnificus &
Excellentissimus DN. THEODORUS MEJER, Ictus,
Regie Pomeranie Consularius Provincialis, & Consul per
multos annos Stralsundensis Gravissimus, Hereditarius in
Sommerfeld / Mücht/ Neuen Pleen & Landesdorff.
Avia Materna, MARGARETA Andraen / fæmina gen-
te & mente splendidissima. Proavis paternus fuit Vir Nobis-
simus & Excellentissimus DN. THEODORUS MEJER,
I. u. D. primum Civitatis Gryphianaldensis Syndicus
graviss.

ti cupiditate adspiras, si ad hunc unum quasi & ultimum Christianorum omnium finem universum mentis Tuæ ardorem dirigis, si eo potitus summo Te bono, quo nihil præclarius, nihil melius, nihil constantius est, gaudere credis, quia tristitia intra animum Tuum, qui prosternere Te in terram, qui pectus Tuum concutere potes, si, quam unicè amas, in isthac Te felicitatis possessione præverit? Supersunt præterea tibi & animo retines tot ingentes virtutes, quæ non minus, ac cœlesti illud prænium, morte carent & perpetuo durant. Denique quicquid tibi grave toleratu in hoc mellitissimæ uxoris funere videbatur, id leniet consideratio divinæ voluntatis, quæ nunquam nobis, etiam cum sauciat, benè cupere non potest. Ei se permettere & ad illius nutum suum quoque attenuare, summa ac perfectissima sapientia est. Vos vero Academicæ Cives, ut solennia funeris atque exequiarum frequenter obire & celebrare inducatis animum, majorem in modum oro rogoque. Illo officio affectum summâ tristitia viduun mirifice recreabis, simulq; & propriam mortalitatem in animum revoeantes vitam veitram ira comparare discetis, ut rationem aliquando reddere ei, cui in nos vitæ mortisq; imperium est, queatis. Valete.

P. P. sub sigillo Rectorali. d. 10.
August. A. R. S. 1691.

Conventus fiet in Aede Marianahoral.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn770474705/phys_0021](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770474705/phys_0021)

DFG





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn770474705/phys_0023](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770474705/phys_0023)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn770474705/phys_0024](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770474705/phys_0024)

DFG

loretanum ad vocare subidia, quicquid
 præbere vel qualemque possint? Luctu-
 rem, quæ te impensè amaverit, quæ solli-
 tuummet pectus dilexeris, cuius virtutem
 Lacrymabile est, spoliari conjugem, cuius
 estimabiles delicias, vix gustaveris, aqua
 priusquam in honestas, quas speraveras, ve-
 Neque derogare dolori, sed vires eidem ac-
 setur, quasi memoriam quoddam monuit
 delibati quondam amoris pignus, cuius in
 vis momento recordemur, quodque acer-
 ciatum quotidie quasi refriceret & recente-
 sit pectore, quin BERGKII nostri fatis in
 addat Christianum, justumque dolorem!
 possumus, extremo Fœminæ estimatissem
 viter quidem, sed non sine summâ laude
 gamus; nec id nostris, verum Amplissi-
 quam inter immensi doloris, animarum
 que & calamum turbantis, confusio
 Nata illa mea dulcissima nunc deside
 Anno O. R. MDCLXXII. d. XIX. Men-
 Patre Viro Nobilissimo & Amplissimo,
 MEJERN: Patricio & Senatore ibiden-
 tre fœmina Nobilissima ac Virtuosissima
 PANSAWEN. Avus paternus exstitit
 Excellentissimus DN. THEODORUS
 Regiae Pomeranie Consiliarius Provincie
 multos annos Stralsundensis Gravissimus
 Sommerfeld / Mücht/ Neuen Pla-
 via Materna, MARGARETA And-
 re & mente splendidissima. Proavis pa-
 lissimus & Excellentissimus DN. THEO-
 D. U. D. primum Civitatis Gryp-

